



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Reliqviis Et Veneratione Sanctorum. Titulus XLV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

LIBER TERTIVS.

763

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE,
Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

Titulus XLIVI.

*Qua pœna Custodis negligenti obseruare
res sacras?*

Is, cui cura custodiendi res sacras, cōmissa est,
In nihil negligētię admittere debet: quod si secundū
est nihil nepharium, contingat, custos in pœ-
nā negligētię triū mensium suspēsionī subijci-
tur, vel, si inde turpe quid sequatur, pro arbitrio
iudicis punitur. Si quis autem per ebrietatē, vel
oracitatem Eucharistiā euomit, si laicus sit 40.
diebus: si clericus 70. pœnitere debet, c. si quis,
diff. 2. de consecrat, licet si per infirmitatem con-
tingat, 7. dierum pœnitentia statuta sit.

DE RELIQVIIS ET VENERA-
tione Sanctorum.

Titulus XLV.

Qui pro Sanctis venerandi sunt?

Non oēs, qui miracula faciunt, quia quan-
doque etiam per malos miracula fieri pos-
sunt, c. teneamus, i. quæst. i. Sed qui Aposto-
lica authoritate approbati, & in numerum san-
ctorum relati, vel canonizati sunt:

Quid est Canonizare?

Canonizare est, ut ait Innocentius in c. 1. ex. eo.
Sanctos canonice & regulariter statuere, ut ap-
probatione præmissa, pro Sanctis, ob vitæ sancti
moniam, præclaras virtutes, vel miracula, ultra
potentiam humanam, & quasi diuinitus facta,
benorentur,

Quæ

Qua Formia Canonizandi?

Notat Hostiens. in Summa, Primo oportet inquiriri de vita, morib⁹, rebus præclaris gestis, c. miramur, dist. 91. Secundò, vtrum in vita persecutio-nes passus fuerit, c. omnis, 7. q. 1. Tertio inquiridum de miraculis in vita, & post mortem factis. In quibus quatuor requiruntur. 1. Quod Deo non ex arte quadam procedant, c. teneamus, 1. q. 1. 2. Quod sint contra naturam. 3. Quod non ex vi verborum, sed ex pietate hominis haec contingant, c. cum Marthæ, extr. de celebrat. Milla, 4. Quod sint ad confirmationem fidei, arg. catechumenum, dist. 4. de consecrat.

Quid de Reliquijs?

Præcipit Innocentius III. in Concilio generali Prælati, ut non permittant eos, qui ad eorum Ecclesiæ, causa venerationis accedunt, varijs figura-mentis, aut falsis documentis decipi, sicuti in ple-risque locis occasione questus fieri consuevit, c. cum eo, extr. eod. ideo ne quid in posterum Christianæ religioni detrahatur, ut antiquæ reliquie extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponeantur venales: inuentas autem de nouo nemo publicè venerari presumat, nisi prius autorita te Pontificis fuerint approbatæ, decreto vesti, c. fin. extr. eod.

DE OBSERVATIONE IUV.

niorum.

Titulus XLVI.Quid est Ieiunium?

Ieiunium, teste Innocentio, in c. 1. extr. cod. est parsimonia victus, & abstinentia ciborum cer-